Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25888
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Quando parabat celos aderam: quando certa lege et
gyro vallabat abyssos: quando ethera firmabat sur
sum. et librabat fontes aquarum. quando circumda
bat mari terminum suum. et legem ponebat aquis ne
transirent fines suos. Quando appendebat fundamen
ta terre cum eo eram cuncta componens. et delec
tabar per singulos dies ludens coram eo omni tempore
ludens in orbe terrarum. et deliciae meae esse cum filiis ho
minum. Nunc ergo filii audite me. Beati qui custodiunt
vias meas. Audite disciplinam et estote sapientes.
et nolite abicere eam. Beatus homo qui audit me
et qui vigilat ad foores meas cotidie et observat ad pos
tes ostii mei. Qui me invenerit: inveniet vitam et
hauriet salutem ab domino. Gaudi filia et vide et inclina
aurem tuam qui concupivit rex speciem tuam. ℣ Speciosa tua et pulchra
tudine tua intende prospere procede et regna. Alla ℣ Nativitas glorio
se virginis marie exsiluit de abrahe orta de tribu iuda clara exstirpe
Stirpe maria regia parata regem generas. Sequencia
Iesu
Laude digna angelorum sanctorum. Et nos peccatores tibi
devotos intuere benigna. Ut pios patrum mores ostendas inte sed
excelsis eos dem. Patris tui salomonis inte lucet sophya. Et ezechye
apud deum cor rectum sed nunquam inte corrumpendum. Patris iosye
ad impleuit te religiositas. Simum eciam priarche te fides totam
possedit patris tui. Sed quid nos istos recensemus heroas. Cum
tuus natus omnes precellat illos atque sanctos porbem. Nos hac die
tibi gregatos serva virgo in lucem mundi quia predicta paritura ce
lorum lumen. In iaum sancti euangelii secundum matheum
Liber generacionis ihesu xpi filii dauid: filii abraham
Abraham genuit ysaac: ysaac autem genuit iacob.
Iacob autem genuit iudam et fratres eius: iudas autem genuit
phares et zara de thamar. Phares autem genuit esrom. esrom
autem genuit aram. Aram autem genuit aminadab: aminadab